

Descriptiones Terrae Sanctae

Descriptiones Terrae Sanctae

ex saeculo VIII. IX. XII. et XV.

S. Willibaldus

Commemoratorium de casis Dei. Bernardus Monachus

Innominatus VII. Johannes Wirzburgensis

Innominatus VIII. La Citez de Iherusalem

Johannes Poloner.

Nach hand- und druckschriften herausgegeben

von

Titus Tobler.

Nebst einer Karte.

Leipzig 1874.

J. C. Hinrichs'sche Buchhandlung.

III.

Itinerarium Bernardi, monachi franci.

Incipit itinerarium trium monachorum, Bernardi scilicet et sociorum ejus, et de sanctis locis et de Babylon.

1. In nomine Domini volentes videre loca sanctorum, quae sunt Hierosolymis, ego Bernardus duobus memet ipsum sociavi fratribus in devotione caritatis, ex quibus unus erat ex monasterio beati Vincentii beneventani, nomine Theudemundus, alter hispanus, nomine Stephanus; Francia vero est natalis meae locus. Igitur adeuntes in urbe papae Nicolai praesentiam, obtinuimus cum sua benedictione nec non et auxilio peragendi (pergendi) desideratam licentiam.

2. Inde progressi venimus ad montem Garzanum, in quo est ecclesia sancti Michaelis sub uno lapide, super quem sunt quercus

glandiferae: quam videlicet archangelus ipse dicitur dedicasse, cujus introitus est ab aquilone et ipsa sexaginta homines potest recipere in se. Intrinsecus vero ad orientem ipsius angeli habet imaginem; ad meridiem vero est altare, super quod sacrificium offertur, et praeter id nullum munus ibi ponitur. Est autem ante ipsum altare vas quoddam suspensum, in quo mittuntur donaria: quod etiam juxta se alia habet altaria. Cujus loci abbas vocabatur Benignatus, qui multis praeerat fratribus.

3. De monte autem Gargano abeuntes, per centum quinquaginta milliaria venimus ad Barrem, civitatem sarracenorum, quae dudum subjacebat ditioni beneventanorum: quae civitas, supra mare sita, duobus est a meridie latissimis munita muris; ab aquilone vero mari prominet exposita. Hic itaque petentes principem civitatis illius, nomine suldanum, impetravimus cum duabus epistolis omne navigandi negotium, quarum textus epistolarum principi Alexandriae nec non et Babyloniae notitiam vultus nostri vel itineris exponebat. Hi denique principes sub imperio sunt amarmomini, qui imperat omnibus sarracenis, habitans in Bagada et Axinarri, quae sunt ultra Jerusalem.

4. Exeuntes de Barre, ambulavimus ad meridiem per XC milliaria usque ad portum Tarentinae civitatis, ubi invenimus naves sex, in quibus erant novem millia captivorum de beneventanis christianis. In duabus nempe navibus, quae primo exierunt Africam petentes, erant III millia captivi; aliae duae, post exeuntes, in Tripolim deduxerunt similiter III.

5. In reliquis demum duabus introeuntes, in quibus quoque praedictus erat numerus captivorum, delati sumus in portum Alexandriae, navigantibus diebus XXX. Volentes vero progredi in littus, prohibiti sumus a principe nautarum, qui erat super LX. Ut autem nobis copia daretur exeundi, dedimus aureos VI.

6. Inde progressi adivimus principem Alexandriae, cui ostendimus epistolam, quam nobis dedit sultanus: quae nihil nobis profecit, licet omnes illius epistolas dixerit se non ignorare. Quo urgente, dedit ei unusquisque nostrum pro se XIII denarios, et fecit nobis litteras ad principem Babyloniae. Consuetudo praeterea illorum hominum talis est, ut quod ponderari potest, non aliter accipiat nisi in pondere. Unde accidit, ut VI apud

nos solidi et VI denarii faciant apud illos III solidos et III denarios. Haec Alexandria mari adjacet, in qua praedicans sanctus Marcus Evangelista gessit pontificale officium. Extra cujus portam orientalem est monasterium praedicti sancti, in quo sunt monachi apud ecclesiam, in qua prius ipse requievit. Venientes vero venetii navigio tulerunt furtim corpus a custode ejus et deportaverunt ad suam insulam. Extra portam occidentalem est monasterium, quod dicitur ad sanctos XL, in quo similiter monachi degunt. Ab aquilone est portus illius civitatis; a meridie habet introitum Gion sive Nilus, qui rigat Aegyptum, et currit per mediam civitatem, intrans in mare in praedicto portu.

7. In quod intrantes navigavimus ad meridiem diebus VI, et venimus ad Babyloniam Aegypti, ubi regnavit quondam pharao, rex, sub quo aedificavit Joseph VII horrea adhuc manentia. Dum exivimus autem in Babyloniam, custodes ipsius civitatis deduxerunt nos ad principem, qui dicebatur Adelhacham, sarracenus, qui sciscitatus est a nobis omne negotium nostri itineris, de quibus scripta haberemus principibus. Qua de causa osten-

dimus ei litteras de parte praedicti suldani et de parte principis Alexandriae, quod nihil nobis profecit, sed ab illo missi sumus in carcerem, donec post dies sex inito consilio, cum Dei auxilio, tredecim denarios unusquisque dedit pro se, sicut et superius. Qui quoque fecit nobis litteras, quas quicumque viderunt in quacunque civitate aut in quocunque loco, nihil deinceps a nobis exigere ausi sunt. Erat enim secundus imperio amarmomini praedicti. Postquam vero inferius nominatas civitates ingressi sumus, non prius permissi sumus exire quam cartam aut sigilli impressionem acciperemus, quod uno vel duobus denariis impetabamus. Est itaque in hac civitate patriarcha dominus Michael, et super totum Aegyptum disponens gratia Dei ordinem omnium episcoporum et monachorum et christianorum. Isti autem christiani talem habent legem apud paganos, ut pro se singulae personae suae unoquoque anno solvant tributum principi praedicto, ut vivant secure et libere. Istud autem tributum aut III aut II aut I exigit aureum, vel a viliori persona XIII denarios. Si autem talis est, ut non possit hos XIII denarios solvere, sive sit incola, sive advena christianus,

mittitur in carcerem, donec aut Dei pietate per angelum suum liberatur, aut ab aliis bonis christianis redimitur.

8. Illis ita se habentibus, redivimus retrorsum per fluvium Gion, et devenimus ad civitatem Sitimuth. De Sitimuth progressi sumus ad Mohalla, de Mohalla transfretavimus ad Damiatem, quae habet ab aquilone mare, ex omnibus autem partibus flumen Nilum, excepta paucitate terrae. Inde navigavimus ad civitatem Tanis, in qua sunt christiani multum religiosi, hospitalitate nimia ferventes. Haec autem civitas nihil habet terrae, excepto ubi sunt ecclesiae, et ubi monstratur campus Taneos, in quo jacent, trium instar murorum, corpora eorum, qui exterminati sunt tempore Moisi.

9. De Tanis venimus ad civitatem Faraameam. Ibi est ecclesia in honore sanctae Mariae in loco, ad quem, angelo monente, fugit Joseph cum puero et matre. In hac civitate est multitudo camelorum, quos ab incolis regionis illius pretio locant advenae ad ferenda sibi onera propter desertum, quod habet iter dierum VI. Hujus deserti introitus a praedicta civitate incipit. Et bene desertum dicitur, quoniam nec herbam,

nec alicujus seminis fructum affert, exceptis arboribus palmarum, sed albescit ut campania tempore nivis. Sunt autem in medio itinere duo hospitia, unum, quod vocatur Albara, et alterum Albacara, in quibus negotia exercentur a christianis et paganis ejusmodi, quae necessaria sunt iter agentibus. In eorum vero circuitu nihil, praeter quod dictum est, gignit terra. In Albacara ibi est terra fecunda usque ad civitatem Gazam, quae fuit Samson civitas, nimis opulentissima omnium rerum.

10. Deinde venerunt Alarixa. De Alarixa adivimus Ramulam, juxta quam est monasterium beati Georgii martyris, ubi ipse requiescit. De Ramula festinavimus ad Emmaus castellum. De Emmaus pervenimus ad sanctam civitatem *Jerusalem*. Et recepti sumus in hospitale gloriosissimi imperatoris Caroli, in quo suscipiuntur omnes, qui causa devotionis illum adeunt locum lingua loquentes romana: cui adjacet ecclesia in honore sanctae Mariae, nobilissimam habens bibliothecam studio praedicti imperatoris, cum XII mansionibus, agris, vineis et horto in valle Josaphat. Ante ipsum hospitale est forum, in quo unusquisque ibi

negotians in anno solvit duos aureos illi, qui illud providet.

Intra hanc civitatem, exceptis aliis ecclesiis, quatuor eminent ecclesiae mutuis sibimet parietibus cohaerentes: una videlicet ad orientem, quae habet montem Calvariae et locum, in quo re-
perta fuit crux Domini, et vocatur basilica Constantini, alia ad meridiem, tertia ad occidentem, in cujus medio est sepulchrum Domini, habens IX columnas in circuitu sui, inter quas consistunt parietes ex optimis lapidibus: ex quibus IX columnis IV sunt ante faciem ipsius monumenti, quae cum suis parietibus claudunt lapidem coram sepulchro positum, quem angelus revolvit et super quem sedit post peractam Domini resurrectionem. De hoc sepulchro non est necesse plura scribere, cum dicat Beda in historia anglorum sua sufficientia, quae et nos possumus referre. Hoc tamen dicendum, quod sabbato sancto, quod est vigilia paschae, mane officium incipitur in hac ecclesia et, post peractum officium, *Kyrie eleison* canitur, donec, veniente angelo, lumen in lampadibus accenditur, quae pendent super praedictum sepulchrum: de quo dat patriarcha epis-

copis et reliquo populo, ut illuminet sibi unusquisque in suis locis. Hic autem patriarcha vocabatur Theodosius, qui ob meritum devotionis a christianis est raptus de suo monasterio, quod distat ab Jerusalem XV millia, et ibi patriarcha constitutus super omnes christianos, qui sunt in terra repositionis. Inter praedictas igitur IIII ecclesias est paradisus sine tecto, cujus parietes auro radiant; pavementum vero lapide sternitur pretiosissimo, habens in medio sui confinium IIII catenarum, quae veniunt a praedictis IIII ecclesiis: in quo dicitur medius esse mundus.

11. Est praeterea in ipsa civitate alia ecclesia ad meridiem, in monte Sion, quae dicitur sancti Simeonis, ubi Dominus lavit pedes discipulorum suorum: in qua pendet spinea corona Domini. In hac defuncta traditur esse sancta Maria, juxta quam, versus orientem, est ecclesia in honore sancti Stephani in loco, in quo lapidatus esse asseritur. In directum autem ad orientem est ecclesia in honore sancti Petri in loco, in quo Dominum negavit. Ad aquilonem est templum Salomonis, habens synagogam sarracenorum. Ad meridiem sunt portae fer-

reae, per quas angelus Domini eduxit Petrum de carcere, quae postea non sunt apertae.

12. Exeuntes autem de Jerusalem descendimus in vallem Josaphat, quae abest a civitate milliario, habens villam Gethsemane cum loco nativitatis sanctae Mariae, in quo est, in honore ipsius, ecclesia sanctae Mariae rotunda, ubi est sepulchrum illius, quod, supra se non habens tectum, minime pluviam patitur. In ipso etiam loco est ecclesia, in quo Dominus traditus est, habens ibi quatuor mensas rotundas coenae ipsius. In valle quoque Josaphat est ecclesia s. Leon-
tii, in qua dicitur Dominus venturus esse ad
judicium.

13. Inde perreximus in montem Oliveti, in cujus declivio ostenditur locus orationis Domini ad patrem. In latere autem praedicti montis ostenditur locus, in quo pharisaei deduxerunt ad Dominum mulierem in adulterio deprehensam. Habetur ibi ecclesia in honore sancti Johannis, in qua servatur scriptura in lapide marmoreo, quam Dominus scripsit in terra.

14. In cacumine autem saepius dicti montis, milliario uno a valle Josaphat, est locus ascen-

sionis Domini ad patrem. Habetur ibi ecclesia rotunda sine tecto, in cujus medio, hoc est in loco ascensionis Domini, habetur altare sub divo patens, in quo celebrantur sollemnia missarum.

15. Inde transivimus ad Bethaniam, quae est ad meridiem, distans a monte Oliveti milliario uno, in descensu ipsius montis. In quo est monasterium, cujus ecclesia sepulchrum monstrat Lazari: juxta quod est piscina ad aquilonem, in qua jussu Domini lavit se ipse Lazarus resuscitatus, qui dicitur postea exstitisse episcopus in Epheso XL annis. In descensu etiam de monte Oliveti ad occidentalem plagam ostenditur marmor, de quo descendit Dominus super pullum asinae. Inter haec ad meridiem, in valle Josaphat, est natatoria Siloe.

16. Ab Jerusalem transivimus ad Bethlehem. A loco nativitatis Domini, qui fuit VI. milliario, ostensus est campus, in quo laborabat Habacuc, quando angelus Domini jussit eum prandium ferre Danieli in Babylonem, quae est ad meridiem, ubi regnavit Nabuchodonosor: quam nunc serpentes ac bestiae inhabitant. Bethlehem ergo habet ecclesiam valde magnam in honore sanctae Mariae,

in cujus medio est crypta sub uno lapide: cujus introitus est a meridie, exitus vero ad orientem, in quo ostenditur praeseptum Domini ad occidentem ipsius cryptae; locus autem, in quo Dominus vagiit, est ad orientem, habens altare, ubi celebrantur missae. Juxta hanc ecclesiam est ad meridiem ecclesia beatorum martyrum innocentium. Milliario denique uno a Bethlehem est monasterium sanctorum pastorum, quibus angelus in nativitate Domini apparuit.

17. Ad postremum XXX miliaribus ab Jerusalem est Jordanis ad orientem, super quem est monasterium sancti Johannis Baptistae. In quibus quoque locis multa consistunt monasteria.

18. Est inter haec ad occidentalem plagam Hierosolymae civitatis milliario uno ecclesia sanctae Mamillae, in qua sunt multa corpora martyrum, qui, a sarracenis interfecti, ab ipsa sunt ibi diligenter conditi.

19. Revertentes igitur ab Jerusalem, sancta civitate, venimus ad mare, quod intrantes navigavimus LX dies cum angustia valde magna, non habentes ventum serenum. Tandem exeuntes de mare, venimus ad montem Aureum, ubi est

crypta habens VII altaria. Habet etiam supra se silvam magnam: in quam cryptam nemo potest prae obscuritate tenebrarum intrare, nisi cum luminaribus accensis. Ibidem erat abbas dominus Valentinus.

20. A monte Aureo pervenimus Romam, intra quam urbem ad orientalem partem, in loco, qui dicitur Lateranis, est ecclesia in honore sancti Johannis Baptistae bene composita, ubi est propria sedes apostolorum. Ibidem etiam unaquaque nocte deferuntur claves ad apostolicum de universa civitate. Ad occidentalem autem partem beati Petri, principis apostolorum, est ecclesia, ubi ipse requiescit, cui in magnitudine non est similis ecclesia in universa terra: quae continet etiam ornamenta diversa. In hac etiam praedicta urbe innumera-bilia corpora sanctorum requiescunt.

21. In hac etiam urbe separati sumus ab invicem; ego vero postea veni ad sanctum Michalem ad duas tumbas, qui locus est situs in monte, qui porrigitur in mare per duas leucas. In summitate hujus montis est ecclesia in honore sancti Michaelis, et in circuitu illius montis

redundat mare quotidie duabus vicibus, id est, mane et vespere, et non possunt homines adire montem, donec mare recesserit. In festivitate autem sancti Michaelis non conjungitur mare in redundando in circuitu illius montis, sed stat, ad instar murorum, a dextris et a sinistris. Et in ipso die solemni possunt omnes, quicunque ad orationem venerint, omnibus horis adire montem, quod tamen aliis diebus non possunt. Ibi est abbas Phinimontius, brito.

22. Tandem ego dico vobis, quomodo tenent christiani legem Dei sive in Jerusalem, sive in Aegypto. Christiani et pagani talem pacem inter se positam habent ibi, ut, si iter agerem et in itinere ipso mortuus fieret meus camelus aut asinus, qui meam gereret paupertatem, et ibi relinquerem omnia mea sine custode et irem ad civitatem propter alium, ego, cum rediero, omnia mea illaesa inveniam. Tutis pax ibi est, ut, si in civitate vel in ponto aut in itinere aliquo invenerint hominem ambulanti per noctem vel etiam per diem non habentem cartulam aliquam aut sigillum alicujus regis vel principis terrae illius, illico jubetur recludi in carcerem, quoadusque veniat tem-

pus, quo possit reddere rationem, utrum sit explorator, an non.

23. Beneventani principem suum Sichardum per superbiam interfecerunt et legem christianorum multum destruxerunt. Deinde rixas et contentiones inter se habuerunt, donec Ludovicus, Lotharii et Caroli frater, ipsis cum beneventanis invitantibus. super eos imperium accepit. In Romania vero mala fiunt, et ibi homines multi sunt fures et latrones, et ideo non possunt homines, ad sanctum Petrum ire volentes, per eam transire, nisi sint plurimi et armati. In Longobardia, Ludovico memorato regnante, bona satis pax est. Britones quoque habent pacem inter se. Legem etiam habent, qualem vobis dico, ut, si alius alii injuriam fecerit, statim venit tertius, quicumque sit, qui hoc viderit, et vindicat eum, quasi ejus proximus fuisset. Et si probatum invenerint aliquem de furto ultra quatuor denarios, eum interficiunt aut in patibulo suspendunt.

24. Denique in villa Gethsemane vidimus ejus subtilitatis marmoreos lapides quadratos, ut in eis, veluti in speculo, omnia. quaecunque voluerit homo, conspiciari possit.

I N D E X.

Erste abtheilung: text.

	Pag.
I. 723—26. S. Willibaldus.	
a. Vita sive hodoeporicon a sanctimoniali scriptum.	
Prologus	1
I. Quomodo vitam scribere decernitur	6
II. Infans gravi morbo corripitur	6
III. Coenobialem vitam degere filio parentes promittunt	8
IV. De pueritia Willibaldi; ad monasterium Waldheim ducitur	9
V. Sacris litteris et monachiali vitae inhaeret	10
VI. Peregrinatio in mentem venit	11
VII. Pater consentit, et una cum filio Wunebaldo con- siliū proficiscendi init	12
VIII. De transitu Willibaldi, iter ad Romam: Hamelea Mutha, Sigona, Rotum, Gorthonicum, Luca, s. Petri basilica	14
IX. Roma; febri laborant	16
X. Terracina, Cajeta, Neapolis, Rhegium, Catana, mons Aetna, Syracusae	18
XI. Mare Adriaticum, Monembasia, Chios, Samos, Ephesus, Phygala, Hierapolis, Patara, Miletus, Chelidonium, Cyprus, Paphos, Constantia	19
XII. Antaradus, Arca, Emesa; captivitas	21
XIII. Damascus, Nazareth, Chana, Tabor	25

XIV. Tiberias, Magdalum, Capharnaum, Bethsaida, Choro- zain	26
XV. Jor et Dan, Jordanis, paludes Merom, Caesarea Philippi	27
XVI. Monasterium et ecclesia s. Johannis Baptistae se- cus Jordanem, baptismus in hoc fluvio, solem- nitas epiphaniae	27
XVII. Galgala, Jericho, monasterium s. Euthymii . .	28
XVIII. Jerusalem: ecclesia et cruces in Calvariae loco, hortus cum sepulchro salvatoris et mirabili domo	29
XIX. Willibaldus aegrotus, ecclesia sancta Sion, porticus Salomonis, piscina probatica	30
XX. Columna memorialis, ubi judaei corpus s. Mariae tollere voluerunt, translatio ejus, sancta Sion	31
XXI. Vallis Josaphat, ecclesia et sepulchrum s. Ma- riae, ecclesia, ubi Dominus oravit, ecclesia as- censionis in monte Oliveti	32
XXII. Locus pastorum, Bethlehem, spelunca et ecclesia nativitatis Domini	33
XXIII. Thecua, laura et monasterium s. Sabae	34
XXIV. Ecclesiola, ubi Philippus eunuchum baptizavit, Gaza, s. Matthias, s. Zacharias, Hebron . . .	35
XXV. Jerusalem, Diospolis (ad s. Georgium), ecclesia s. Petri in Joppe, mare Magnum, Tyrus, Si- don, Tripolis, Libanus mons, Damascus, Cae- sarea Philippi	36
XXVI. Jerusalem, Emesa, Salamaida, iterum Emesa, Da- mascus	37
XXVII. Jerusalem, Sebastia, ecclesia super puteum, ubi Dominus aquam postulavit a samaritana, mons Garizim, villa magna	38

XXVIII. Campus Esdreton, Ptolemaida, promontorium Al- bum cum turri Libani, Tyrus, fraudatio cum petrae oleo	39
XXIX. Constantinopolis, Nicaea	41
XXX. Syracusae, Catana, Rhegium, infernus Theoderici in insula Vulcani	42
XXXI. Insula Lipara cum ecclesia s. Bartholomaei apostoli, dein montes Didymi, Neapolis, Capua, Teanum, Casinum	43
XXXII. Monasterium s. Benedicti, amnis Rapidus, vita coenobialis	44
XXXIII. Roma; coram papa peregrinatio breviter perstrin- gitur	46
XXXIV. Papa ad sanctum Bonifacium proficisci hor- tatur	47
XXXV. Profectio: Lucam, Ticinum, Brixiam, Cartam, ad Odilonem, ad Suidger, ad Linthard, ad s. Boni- facium, Eihstat, ubi ecclesia s. Mariae . . .	49
XXXVI. Frisinga, Eihstat, Willibaldus in presbyteratum creatus	50
XXXVII. Turingia, Sulzebrugge, sacerdotali infula di- tatur; nonnulla ad prologum spectantia inter- serta	51
XXXVIII. In Eihstat monasterium construitur, vita secun- dum regulam s. Benedicti instituitur . . .	52
XXXIX. Undique ad apostolum bajoariorum confluunt .	53
XXXX. Cum innumeris magistratibus populus acquiritur; laus Deo et Willibaldo	54
b. auctore Anonymo	56
II. c. 808. Commemoratorium de casis Dei	77
III. c. 865. Bernardus M.	85
IV. c. 1145. Innominatus VII	100

V. c. 1165. Johannes Wirzburgensis.

Epistola	108
1. Nazareth, saltus Domini, Sepphoris, Cana Galilaeae, Tabor, Hermoniim, Naim, Endor, Cison, Jezrahel, Mageddon, Gelboe, Scythopolis, Ginaea	110
2. Samaria, Dothaim (cisterna Joseph), Sebaste, Sichem, Sichar, Bethel (Luza), Garizim, Gebal, Silo, Rama	114
3. Jerusalem, mons Moria, historia templi	116
4. Templum Domini, traditiones, descriptio templi et adjacentis loci	119
5. Palatium Salomonis, aedes templariorum, stabulum, hospitium Simeonis justi, Christi incunabula .	129
6. Bethania, Bethphage, ecclesia Mariae Magdalenae	131
7. Mons Sion, coenaculum, ecclesia Sion	134
8. Oratio Christi in Gethsemane, capella cum caverna, ecclesia salvatoris, locus prodicionis	136
9. Praetorium Pilati, turris David, aedificium, in quo coenaverunt, galli cantus sive Galilaea, ecclesia graecorum, capella flagellationis, via, qua ivit Christus ad Calvariam	138
10. Locus Calvariae, carcer Domini, sepulchrum Adam; scissura et foramen petrae, altare dominicae passionis et ad sanctum sanguinem	141
11. Chorus dominorum, meditullium terrae, Emmaus, lavatio pedum in Sion	145
12. Monumentum ad sepulchrum Domini, altare ad s. sepulchrum, epigrammata, ecclesia nova, chorus dominorum, altare resurrectionis, processio	147
13. Claustum dominorum, crypta cum altare s. Helenae, consecratio ecclesiae s. sepulchri, quatuor altaria in choro dominorum, dissensio alemanorum et francorum	151

14. Ecclesia ascensionis in monte Oliveti, emissio spiritus sancti in monte Sion, emigratio s. Mariae 156
15. Hakeldama; mons Gion, ecclesia et hospitale s. Johannis, sanctimonialium coenobium s. Mariae majoris, monachorum coenobium ad s. Mariam latinam, monasterium s. Sabae, ecclesia et monasterium s. Jacobi majoris, domus alemanorum 158
16. Capella s. Petri ad vincula, porta ferrea, ecclesia et monasterium s. Annae, piscina probatica, ecclesia s. Mariae Magdalenae, forum triplex, arcus, ubi b. Maria quievit, ecclesia s. Charitonis 161
17. Locus lapidationis s. Stephani, carnarium leonis, Gabaa, mons Offensionis, natatoria Siloe, quercus Rogel, capella cum sepultura Jacobi Alphaei, pyramis Josaphat, caveae religiosarum personarum, coenobium in summitate vallis Josaphat, sepultura virginis Mariae 165
18. Sepultura s. Mariae, capella, epigrammata, Gethsemane 168
19. Bethlehem, praesepe, locus nativitatis, apparitio stellae, sepultura innocentium, sepulchrum s. Hieronymi, locus pastorum, Thecua, ecclesia s. Charitonis, sepulchrum Rahel 171
20. Jordanis, desertum Quarantana, mons Tentationis, fons Helisaei, locus coeci, Jericho, Bethagla, Engaddi 174
21. Hebron, spelunca duplex, vallis Lacrimarum, ager damascenus, quercus Mambre 176
22. Lacus Asphaltites, Segor (Palmaria), bitumen judaicum, Karnaim spelunca, Arabia, mons Sinai, Helim, montes Horeb et Abarim, Idumaea . . 178

23. Ubi Maria Elisabetham visitavit, Modin, Lydda, Caesarea Palaestina, montes Kain et Carmelus	180
24. Phoenicia, Libanus, Tyrus, Sarepta, Sidon, Berytus, Arphat	182
25. Damascus, Idumaea, Hus, Sueta, Thema, Naaman, fluvijs Jaboc, mons Seir, iterum Damascus, mons Libanus, Pharphar et Abana fluvii, portus s. Simeonis, Antiochia, Paneas, Aulon, Dan, Medan, Jor, mare Galilaeae	183
26. Bethsaida, Chorazain, Cedar, Capharnaum, Mensa, Genezareth, Magdalum, Tiberias, Bethulia, Dorthaim, Gergesa	187
27. Ad lectorem	189

* * *

Festum, in quo recuperatio urbis Jerusalem atque transfiguratio celebratur	190
--	-----

VI. c. 1185. Innominatus VIII.	193
--	-----

VII. c. 1187. La Citez de Iherusalem.

1. Le Mont Sion, l'abbaye et l'église de Notre-Dame, la maison où Jésus-Christ fit la cène, le lieu où il apparut à ses apôtres, où il leur montra ses plaies, où il monta au ciel, où il envoya le Saint-Esprit et où Notre-Dame mourut . . .	197
2. Le Sépulcre et l'église de Notre-Dame de Josaphat, l'église de Notre-Dame du Mont Sion, l'abbaye des Chanoines	199
3. L'église du st Sépulcre et le Calvaire	199
4. Les quatre portes, la porte et la tour de David, poterne vers le Mont Sion, l'église de st Jacques en Galice	200

5. Le rue de David, la rue du Patriarche, la Porte de la maison de l'Hôpital et de l'église du st Sépulcre, la rue du Mont Sion, la rue aux Herbes, le marché au poisson, le grand marché, les échoppes des orfèvres, les paumiers d'outre-mer, l'abbaye de st^e Marie-la-Grande, l'abbaye de st^e Marie-Latine, la maison de l'Hôpital . . . 201
6. La maîtresse Porte et la place du st Sépulcre, l'église de st Jacques de 'jacobins', le Calvaire, Golgotha, le Clocher, la chapelle de la st^e Trinité 202
7. Le monument, l'église du st Sépulcre, le chancel, le chœur du st Sépulcre, l'autel des Grecs, le compas. 203
8. Le Calvaire 204
9. Les Chanoines, leurs officines et le Cloître, la chapelle de st^e Hélène, le dortoir et le refectoire . 205
10. La rue aux Herbes, la rue Mal-cuisinat, la rue Couverte 206
11. La rue du Temple, la Boucherie, l'Hôpital et la rue aux Allemands, le pont, l'église de st Gilles, la porte Spécieuse. 206
12. Le Temple, le pavement, le palais de Salomon, le manoir des Templiers, l'église du Templum Domini, l'abbaye 207
13. La chapelle où st Jacques fut martyrisé, la Pécheresse, la Porte Dorée, les âtres de Salomon, la porte de Josaphat 208
14. L'église appelée le Berceau, l'église du Temple, les quatre portes, l'abbaye 209
15. La Porte Dorée, la porte et l'église de st Étienne, l'Ânerie, la Maladrerie, la Poterne de st Lazare 210

16. La poterne de la Tannerie, la rue st Etienne, la rue et la maison du st Sépulcre, la rue de l'église du st Sépulcre, le Change des Syriens et des Latins, les trois rues, la rue Couverte, la rue aux Herbes et la rue Mal-cuisinat, la rue de l'arc de Judas, l'église de st Martin et de st Pierre 212
17. Hors de la porte du Sion les trois voies, la fontaine de Siloé, l'église de st Pierre en galli-canto 214
18. Le lac (étang) de Germain, Hakeldama, le lac du Patriarche, le Charnier du lion 214
19. L'abbaye des Géorgiens où une partie de la croix fut prise; quels gens ils sont 216
20. Emmaüs 218
21. La rue qui va à la poterne de la Tannerie, la rue de Josaphat, le carrefour, la Porte Douleoureuse, le Ruisseau, l'église de st Jean l'Évangéliste, cou-vent des religieuses de Béthanie. 218
22. La Juiverie, l'église de st^e Marie-Madeleine, une poterne, l'église du Repos, la prison, le pré-toire de Pilate, une autre poterne 219
23. L'abbaye de st^e Anne, la Piscine Probatique 220
24. L'abbaye de la vallée de Josaphat, l'église et le sépulcre de Notre-Dame, l'église de Gethsémani, l'église du st Sauveur, les Hermites et Reclus de la vallée de Josaphat , . . . 221
25. L'abbaye du Mont des Oliviers, l'église de Pater-noster, le Figuier Mandit, Bethphagé 222
26. L'auteur ne nomme pas les abbayes et les églises des Syriens et d'autres gens qui ne sont pas obéissant à Rome 223

VIII. 1422. Johannes Poloner.

De portis civitatis Jerusalem	225
Ordo peregrinationis civitatis Jerusalem et aliorum locorum ibidem	228
Peregrinatio a civitate Jerusalem versus orientem ad Bethaniam	244
Peregrinatio de Jerusalem ad Bethlehem . . .	246
Peregrinatio de Bethlehem ad vallem Hebron . .	251
Peregrinatio de Hebron ad Jerusalem	252
Divisio Terrae Sanctae	253
De civitatibus et locis Terrae Sanctae	263
De terra Aegypti	278

Zweite abtheilung: kommentar.

I. Vorläufer der noten zu Willibald	
a. nach der klosterfrau	282
Noten	314
b. nach dem Anonymus	348
Noten	353
II. Vorläufer der noten zum Commematorium	355
Noten	364
III. Vorläufer der noten zu Bernard	393
Noten	403
IV. Bemerkungen zum Innominatus VII.	409
v. Vorläufer der noten zu Johannes Wirziburgensis . .	415
Noten	426
VI. Bemerkungen zum Innominatus VIII.	449
VII. Vorläufer der noten zur Citez de Iherusalem . . .	452
Noten	463
VIII. Bemerkungen zu Johannes Poloner	497
Schlusswort	523

Errata.

Pag. 41, lin. 19 *lege similis est*

„ 67, „ 13 „ Adorabimus

„ 115, „ 22 „ Jacob filio suo

„ 178, „ 20 „ turpitudine

„ 274, „ 11 „ domestici

„ 308, „ 17 „ 71—102

„ 309, „ 2 „ Vita Bonifacii

„ 457, „ 33 „ 409.

„ 496, „ 4 „ bodawin.

hica Marini Sa



